

est, solo consensu constat, neque rei traditione vel facti alicujus præstatione perficiatur, tunc dicitur a Romanis Pactum.

XXII.

Hoc, si non confirmabatur jure civili, præcipue, si apud Romanos libro actionum insertum non erat, dicebatur pactum nudum.

XXIII.

Si vero lex, aut Prætoris Edictum, isti pacto assistebat, atque jus validam producendi actionem annectebat, dicebatur pactum vestitum seu non nudum.

XXIV.

Hujus generis erant: pacta incontinenti contractibus adjecta, donatio, pecunia constituta.

XXV.

Pacta ex intervallo adjecta erant pacta nuda.

XXVI.

Hodie omnia pacta ex consuetudine validam producunt actionem, nisi lege aut conventionem impediuntur.

XXVII.